



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Scriptores Ecclesiastici Ordinis Vallis Vmbrosæ. XL.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

Scriptores Ecclesiastici Ordinis Vallis Vmbrosæ.

Cap. XL.



ANCTVS Atthus Hispanus, Generalis VIII. &c. vide in Generalibus.

Bernardus Monachus Vallis Vmbrosæ scripsit Historiam

De Abbatibus Generalibus Ordinis Vallis Vmbrosæ, excusa Florentiæ in 4. ann. ...

Beatus Theuzus discipulus S. Ioannis Gualberti, & Abbas Monasterij S. Pauli de Razzolo, scripsit inter alia

De Vita S. Ioannis Gualberti, lib. 1. extat MS.

Cōmentaria in Regulam S.P.N. Benedicti, an extent nescio, Obijt anno Domini 1095. die 7. Augusti.

De Domno Syluestro, institutore Monachorum Syluestrinorum, sub Ordine Vallis Vmbrosæ.

Cap. XLI.



IRCA annum Incarnationis Dominicæ 1232. ex orta est venerabilis Congregatio Monachorum Syluestrinorum, sub Regula S.P.N. Benedicti, & Ordinationibus habituque Monachorum Vallis Vmbrosæ. Sumpsit autem initium apud Montem Fanum propè Fabrianum, tertio ab vrbe lapide, per Domnum Syluestrum Gozolinium, Auximensem Ciuem, Doctorem, & Canonicum Religiosissimum, qui spiritu diuino tactus, prædictum Vallis Vmbrosæ Ordinem, iam quasi deformatum, in melius reformare studuit, ibique Religionis primordia Christo Domino sacrauit, quæ per Vmbriam, & Picenum notissima est: & anno Domini circiter 1258. ab Apostolica Sede fuit comprobata, & Priuilegijs decorata.